IOHANNES DE TURRECREMATA
Süddeutscher Raum, 1477
Seite 179r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

xpm ut ab eo veniat auxilium mihi quia non possum
propria virtute qsequi salutem deficerunt etiam oculi mei
in eloquium iustitie tue rimando eius secreta cpe intendit
huiusmodi intelligencie facultatem
Et ideo Fac tu seruo tuo secundum misericordiam tuam non secundum merita
mea vt per tuam gratiam supplens huiusmodi infirmitatis defectum
et iustificationes tuas doce me ut earum utilitatem sic sepius
optatum possim adinuenire
Bene dico fac tu seruo tuo quia Seruus tuus sum ego
et quia seruus debet intelligere voluntatem domini sui
ideo da mihi intellectum ut sciam testimonia tua cognos-
cione plenioris et impletione
Et debes facere quia Tempus est faciendi ut sic deus
mihi intellectum uberiorem legis tue per quem ipsam defen-
dere queam contra hereticos quia dissipauerunt legem tuam
iudei et heretici non recte sed peruerse eam interpre-
tantes
Illi dissipauerunt ego autem e contrario Dilexi mandata
tua verarum intellecta ad defendendum super aurum
quod preciosius est inter metalla et super topazion qui omni
gemarum pulcritudinem vincit
Propterea ad omnia mandata tua toto studio dirigebar
implendo omnem viam iniquam odio habens
Ad mandata tua dirigebar merito quia
Mirabilia · i · digna · admira-
cione sunt testimonia tue bonitatis dum video
que et qualia et quid olim in abraham et
in filios israel et in retetis fecisti ideo scrutata est anima
mea querendo eorum intellectum vt veteris te declarante
cognoscam
Et scrutans ea invenio cpe Declaratio sermonum tuorum